sapiam. xpm parit. quae (ubi) parturit; xpm parturit. Est et quae par-
turiunt iniustitiam / et peperit iniquitatem. Illis uae praegnantibus quae cor-
pore graues ad euadendum periculum pigriores sunt / illis uae quibus futuri
partus quasi corpus omne concutitur dolorum integer. His futuri signa iudicii.
initia sunt dolorum. Docuit enim moyses esse praegnantem / quam si duo conculca
uerint litigantes ab ortum cito induxerint (al' interciderint). Et ideo bona femina
litem fugiat. sequitur pacem / ut partum possit absoluere. nec noue
mensium tempus expectet. Verbi partus non intempestiuus sed diligentie
plenitudine est. Consummatus autem in breui iustus. impleuit tempora
multa / at contra cito anima imperfecta calcatur. et ubi quod conceperit
amittit. Sed uae illi qui scandalizauerit unum de pusillis istis / uae
illi qui praegnantem calcauerit. Nam si informe adhuc pignus excu
serit. pecuniae iactura est / si non formatum. reddet animam pro ani
ma. oculum pro oculo. dentem pro dente. manum pro manu. Sed cur oculum
aut manum. cum abortiuus et manum habeat et oculum habeat / quia
iam formatus excussus est. Unde apparet / pro eo modo quo nocuit unum
quemque damnandum. Si enim cathecuminum quis uel hereticus uel scisma
ticus tamquam de utero uel animae uel (ecclesiae) parturientis excusserit. leuius
punitur / si fideles grauius. Et ideo cauendum / ne cum talibus litigando.
ecclesiam calces. Stultas enim et sine disciplina quaestiones deuita. sci
ens quia generant lites / quibus ecclesia quasi parturiens. toti corporis concul
catione uexatur. Ergo cito reple uentrem tuum / ut citius possis par
tum edere. Audi quomodo repleas / et quibus repleas. Ex fructibus inquit oris
sui uir implebit uentrum suorum / fructibus autem labiorum suorum satiabitur.

Ve nutrientib.

Ve nutrientibus quoque; docuit me salomonis illud sublime iudicium.
et illa duarum contentio feminarum. quod et si iam partus dolore sint ab
solutae. adhuc tamen confirmandorum pignerum metu nutent / quia prae
mulentiam nutrientis somnus obrepat. paruulum mater opprimat / ne
get suum. grat alienum. Sed illic quasi filium non premit pietatis suo / quia iudi
cio haeret incerto. Ergo et nos ne quasi imperfectorum parentes operum

Lizenz: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 166(413), p. 300 – Ambrosius ‹Mediolanensis›, Expositio Evangelii secundum Lucam (http://www.e-codices.ch/de/sbe/0166/300)